

U. 235

Za

2200

POEMATA
GEORGII
BERSMANNI
STRENA, ET VIN-
DICANTIA FAMAM ET
EXISTIMATIONEM, D. NI-
COLAI SELNEC,
CERL



TREVE SAXONVM.
ANNO M. D. XCI.

BIBLIOTHECA
PONTIFICIA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)

AD PRODROMVM MERDI

Poeta Lutheromastigis.

Rhythmis reum me versuum constantium
 Facit Cacander ille Nanus & Niger,
 Ferox minis bombilq; turgens versifex,
 Verum Calumniator impudens, domi
 Spurcus, foris nugas vomens, vere sciat:
 Si Rhythmis syllabam addidisset candidis
 Me sponte nomen velle fari candidè.
 Cælare nomen, quando scribo, nescio.
 Sed hinc eat mendax, Cacander impius,
 Et in suo Nanum sinu pulset nigrum,
 Domumq; curet castitatis indigam,
 Et nunc, & ante, & in futura Secula.
 Quod restat, expectet parum, nil subdolè
 Calviniano more, nil furtivè agam.
 Quæ vera sunt, dicam, paratus liberè,
 Sed interim se Spiritu suo fruent.
 Nequam, malo, terro gehennæ proprio
 Empecta, Tympanista, Scurra, Furcifer.
 Obsint bonis, ludantq; Tartari iocis,
 Et fabulis, & impudicis risibus.
 Hic non modus CHRISTI tuendi gloriam.
 Scurrilitates aufer, & mendacia,
 Tunc veritate proferemus ludice,
 Res, Verba, Doctrinam, Salutis regulam.
 Hæc te sciente, te iubente dicimus,
 Et Spiritu sancto tuo sic ducimur,
 O CHRISTE iudex omnium, quem fauciat
 Turba ista, & in tuis ὀνόχηλον denuò
 Proclamat & calumnijs mendacibus
 Pinguescit. Hoc caluæ Cateruæ proprium est
 Oris in hisce quæ suos nidos habet.

Nicolaus Selneccerus D.
 Superintendens & Professor.

A. D.

AD PRODROMI
OBSCVRORVM VIRO-
RVM COMPILATOREM.

LEgi trufatoris Epistolam. Qualis vir, tale genus dicendi. Com-
pilator leuis est derisor CHRISTI, irrisor bonorum, contem-
ptor pietatis & Religionis. Audi trufator, experte intrasis, ad
quid tua impudentia? Scilicet inde debetur tibi à malis gratia, quod
nebulo impudentissimus, & Satanae mancipium es, mendacissimum
os, & scurra turpissimus. At tuis Nanis & futilitatibus non ef-
ficies, ut propter AESOPUM & MARCO'FUM, caputq; Medusæ, Chris-
tum deseramus, & veritatem prodamus. Perge, perge tua Diabo-
lica & Leimstenglerorum propria Poesi. Nos Christo Duce & Docto-
re veritatem turbamus. Sed satis de his. Non decet seruum Christi
respondere scurris & histrionibus, nisi de rebus ipsis agatur. Doctri-
nam profer, omitte calumnias sarcasmos, mendacia, leuitates, qui-
bus nemo, nisi manipulus furum & nebulonum, qualis tu es intus, &
in cute, delectatur. Da ventam veritati, Lucianista seu Calumnista
(transposita enim litera idem valent) Nos DEO gratias agimus,
quod cand. de & apertè agimus. Tu cum tua cohorte Diabolo gratias
agitis, quod furtum & clanculum laruâ faciei obducta nocetis Chri-
sto, & fidelibus CHRISTI ministris. Videbimus, uter sit futu-
rus victor, Christus ne noster, an Satanus dux vester. Valetè, & in-
zereâ plaudite, donec fulmen vos prosternat, & clamet, Lugete, pe-
rite, Maledicti, Amalechite, Tympanista, Cacandri, Apostatae,
Hypocrite.

Auff den Prodromum zu Zerbst.



S ist von Zerbst ein gedruckte Pludrument
in Magdeburg geschickt worden / wider den Her-
ren Pfarherrn zu Calba / vnd mich (wie auch zu vorn
vergleichen Scharcken vnd Famos versus, so meine

A ij

Person

Person / Lügenhafftiger vnd Bößwichtischer weise antasten / da
selbst her sind verwehet worden) Davon ich *Nicolaus Selneccerus*
der Elter / *S. Theologiae Doctor* vnd *Professor*, sage frey vnd ohn
ne schew / auff Christliche / auffrichtige / redliche / warhafftige vers
antwortung / für Gt vnd aller Welt heraus. Das diese Leute /
so diesen losen Eimstenglerischen / Erbübischen *Prodromum* vnd
dergleichen *Famos libel*, schadenverß vnd *iniurien* gemache / oder
noch heissen machen / vnd in druck versfertigen / vnd ihre lust daran
haben / aller Gottesfurcht / Ehren vnd redligkeit beraubee vnd vers
gessene Schelmen / Diebe vnd Bößwichter seind / so war als Gote
lebet / vnd so war noch Leute auff Erden seind / welche Gt / sein
Wort / Lehre vnd Ehre / Redligkeit vnd auffrichtigkeit lieb haben /
Dann sie mit citel Calumnien / Bubenstück vñ listen vnd griffen
vmbgehen / Lügen vnd tichten das im geringsten nicht Wahr ist /
vnd das sie weder hic noch am jüngsten Tage können Wahr ma
chen / Bezichtigen mich vnd andere derer dinge vnd Reimen / dar
von ich meine Tage nichts gewußt / vnd doch nicht mehr weis / denn
das sie ihrer Person halben nichts auff sich vnrechts haben. Sind
aber sie redliche Leute / so lasse sie ihrer Name bekand sein / vnd zur
Sachen selbs kommen / Denn der Bößhafftige / Bifftige *Merdia*
poeta / (Wie Lutherus den Ehrenscheider *Lem* genennet hat /)
& *niger Nanus*, der die Humpelvers machet / *obscurorum virorum*
Prodromus wirds nicht außrichten / zur Sache heisset es / vnd bes
kenne wer du seist / vnd gehe mit solchen hohen Geistlichen Sachen /
die vnsers Heylandes Christi Ihesu Lehre vnd Ehre / vnd unsere
Lauffe vnd Abendmahl / vnd aller Heil vnd Seeligkeit angehen /
nicht so Schelmisch / Heidnisch / Spiz / Erk vñ Lotterbübisch vmb /
darüber auch die hohe Obrigkeit billich zu flagen / vnd auff allge
meinem Reichstage zu tractiren haben wird.

Wiltu verzweiffelter Bube / die Namen sa verkehren ? War
umb thustu solches dann nicht mit *Crazone* dem *Medico* ? mit *Cra*
zome dem Drucker ? vnd mit andern dergleichen ? Meinesu das
daran gelegen sey / die Namen Schelmischer / Ehren vergessener
weise.

weiße zu endern? Wann es daran solte ja gelegen sein / so wolten wir aus ewren Calvinischen Namen wol lauterer Teuffel vnd Erzbuben machen / vnd wir solten daran wol nicht liegen.

Jetzt nicht mehr / denn allein handelt Redlich vnd Aufrichtig / von der Sache zur Sache? Da wirds dann sich wol finden / Wer da Abtrünnig / oder in der Göttlichen Wahrheit bestendig sey / Bleibet ihr aber in ewer jetzigen weise / nur mit Lügen vnd Calumnien umbzugehen / So gehe der Teuffel mit euch Buben umb / vnd kein Redlich Christlich Hertz / Herr Ihesu bekehre die blinden / stolze / verstockte Leute / Oder stürze sie in die Gruben ein / etc. Das wirstu auch thun. *Veni DOMINE IESU, veni.*

Magdeburg / den 4. Octob.

Anno 1590.

AD CARMEN FV T I L E, M A L E D I C V M

& mendax Bersmanni Poëtarum fecis impiæ,

Christomastigis, *σικεδ'ικηοις*

N I C O L A I S E L N E C C E R I.

C *Acandre nequam (nomini nam sic tuo
Parcam, maligne, furcifer deterrime)
Cacandre, vatum quid tibi vis cruditas,
Quid improborum, quid cloaca criminum,
Quibus parentem equaueris mendacij,
Mendaciorum gurges & calumnia?
Quid vis lambis, quid tibi vis sordidis,
Quos stringis in me vespa, non incognitum
Pis, licet tu mordeas nomen meum,
Ut dente, nominatos quos tu, liuido
Mecum lateffis, noxio lolignis
Liquore nigra, nil Bione parcior?
Hic candor est, quem iactitas, hypocrita.
Impure scarra, quid IACOBO, quid seni:*

A 3

Dina

Dina obycis casum? DEVS te puniet
Lenone peiorem, virum prorsus malum,
Mentiris, & lasciuia pater cupis
Pruriginem affricare proximo tuam,
Sed Caesaris te reprimet tandem manus,
Vindexq; iuris ac equi sententia,
Qua dimicabimus, DEO sub Iudice,
In Criminis vocare partem, crimine
Audes vacantem, sycophanta, familiam?
Nec te, nec & tuos vides: circumspice,
Mentiris impudenter, & sanctam domnam,
De qua pijs verum referre candidè,
Quos Lipsiae ciues habet respública,
Norunt, solenq; tu lupanar nominas,
Scelestes furum leno perditissime.
Quid hoc tui veneni atrox calumnia est,
Quòd Coniuges pios lacestis impiè?
Turbator & precum, Sacriq; Spiritus,
Diabole cunctis χετλιοις nocentior.
At veritatis est, & innocentia
Vis tanta, nullis ut labar mendacij,
Nullisq; quasser machinis calumnia.
Hoc me tuebor, hoc meos munimine,
Ceu murmurantis, qui procellas equoris
Mons, irretoria sustinet crepidine.
Hac teste fretus, haud tuorum vulnera
Quicquam morabor, sycophanta, morsuum:
Quocunque me scelestes pungas nomine.
Lutheromastix, carcinoma publicum,
Ac veritatis perduel'is improbe,
Lictorq;, carnifexq;, fur, latro simul,
Et si quid amplius sceleris adest tibi,
Apostatarum dux gregis nefarij,

Epicus

Epicure, porce, multiicepsq; bellua,
Vertumne, Proteu, Cerberi fex fatida,
Chimera, nutans Austri arundo flammis;
Crumenimulga, hirudo, sacrorum institor,
Manceps cruoris atq; fraudulentia,
Periure, mendax, peierator, perfide,
Iscariotæ nec pudendus assecla.

His te bonorum nobilem præconijs,
Quæ scripta produnt Orbe passim edua,
Victura, donec pascet aether Sidera:

His ambulantem te per ora laudibus,
Non plebis ima, sed piorum maxime,
Ducumq;, Principumq; res videntium,
Quas longa nunquam deterent obliuia:

Nec non olentem versuum cacamine,
Et naniarum putidarum sordibus,
Quas, nare quisquis est acuta, nauseat,
Non flocculi te facio, scurra leuissime,

Apex supreme vanitatis friuola.
Certus, probari me pijs, hoc indice,
Quod nugiuende non prober, gerro tibi.

Tu fulminator, quod soles, nunc horridis
Conuittorum fulm nâ tonitribus:

Bruti fragorem non pauesco fulminis.

Haud ertumescit criminum tonitrua.

Mens, innocenti fulta conscientia,

Secura summo nil tremiscit vindice,

Semper piorum tuta test. monijs.

Pede insicura claudicante sed nigrum,

Vlrix scelestum, pœna, tandem corripit,

Calumniatorem Poëta nomine,

Duroq; pensat tarditatem fenore.

Hæc te nefando mox prehendet exitu,

Adulter.

*Adulterator veritatis impie,
Christomache, alumne Nestorij, fex Eutychie,
Et Arrij nepos, lutumq; fædidum.*

AD CACANDRVM.

M*erdipoëta furis, velleq; cacare libenter:
Rumpe moram, ne cor enecet iste furor.
Eia age, parce tibi: circa præcordia bilis
Ebullit, si vis viuere? parce tibi.*

**IN GREGORIVM CACANDRVM SEV
Bersmannum, Calumniatorem mendacissimum,
versificem cerebrosum.**

D*vm furit, & furor est insania, virus & ipsum
BERSMANNVS versu nobilis ille leui.
Est reus, & captus, enens ipsum conscia prauæ
Accusat, scelerum dicit & esse caput.
Nil habet eruētans præter conuittia mendax:
Nequitia est ipsum quæ vetat esse bonum.
Scilicet hic BERSMANNVS is est, qui nescit honestos,
Atq; pios morsu non lacerare suo.
Ille nouit Prodomos, famosa ad carmina natus,
ἄετλιος, infamis nanus, ubiq; niger.
Defunctisq; piè, non parcat fædus alastor,
Dicere quæ mala sunt, id putat esse bonum.
Suis rostro ruit in stercus, quod in ade cacauit
Sacrata Satanas, & vorat inde cibos.
Merdipoëta vora, cibus est te, Cerbere, dignus:
Si satur es, coruis esca cadaver eris.*

**IN NIGRVM NANVM
Bersmannum versificem.**

T*E solum quid Nane putas niger esse Poëtam?
Qui tantum venas impietatis habes;*

Scurra

Scurra, leuis, mendax, & CHRISTVM dente canino
Mordens, virq; malus, degener, arte scelus:
Hoc tibi iam proprium scelus est & nomine clausum,
Vir malus es, canis es, te canis arra notat.

IN EVNDEM.

Verbera B&Smannus post impia verba minatur;
Sed CHRISTVS ipsum verberabit illico.

A DEVNDEM.

SI Nanc versifex exemeris tuas
Calumnias, mendacia, & conuitia,
Tunc amplius restare nil in versibus
Tuis videbis. Ergo dic, cui competas,
Et cuius ipse Spiritus sis organum.

De BERSMANNI mordacitate.

TV quacunq; DEVM contra spuis Aera in altum,
In caput hac recident. Nanc superbe tuum,
Inflatus ceu rana putas te forte caballum
Esse, sed hac rident somnia stulta boni,
Ut rumpare miser, nihil o B&SMANNE nocebis,
Non curant nebulas fulmina iacta leues
Quoq; magis mordes, hoc nostra est gloria maior,
Perge, tua rabie gloria maior erit.
Quos ladis, Satanas ladic, cui crimine seruis:
Quos mordes, cari sunt sine labe DEO.
Latentur, quos B&SMANNVS traducit ab antro
Profiliens Orci, per tria rostra latrans,
Cerberus allatrat Sanctos, & dira canum vis
Surgit ad opprobrium Maxime CHRISTE tuum,

B

Maxime



Maxime CHRISTE tuis praesens exurge vicissim,
Reddeq; BÖSMANNIS quod meruere malum.
Dum precor exaudis, iam fulmen & imminet ipsis:
Nescimus, quae sint fata futura breui,

AD D. ADAMVM CRATONEM S.
& Pastorem Coälbenfem.

EXPECTA Dominum: CHRISTI virtute nitentis:
Bersmanni vano carmine transit honos.
Si nescis, ov̄ est, qui stultos iactat honores,
Et verè Bösman merdipöeta perit.
Ne spectes, hodie quid fiat, crastina spectes,
Horrendas pœnas impius omnis habet.
Deme ipsis aulam, tunc spes est demta salutis:
At CHRISTVS nobis estq; manetq; Salus.
NICOLAVS SELNECCERVS D.
18. Ianuarij. Anno 1591.

AD CHRISTVM

τὸν σωτῆρα καὶ ἀλεξίκακον.

SEU benè, seu malè sit mihi: sum tuus optime CHRISTE:
Fac, tua quod bonitas iudicat esse bonum.
Seu quid agam, seu quid patiar, tibi seruiò Christe:
Qui tibi non benè vult, is mihi non benè vult.
Hac mea certa fides tam certa est, quàm mihi certum est,
Quòd Te seruari nemo negante queat.
Te Duce Bösmanos, diros sternemus onagros,
Sordida monstra, hircos, agocerotas, afros.

In Cacandrum.

Cur ita ceu Goliath Pygmaeus produi in agrum?
Nescis? in meo. v̄ Cacander habet.

In Eundem.

*Os spurcum cur spurca voras, & spurca vomendo
Egeris? implendum stercore, steruus idem.*

IN EVNDEM.

C*En Leo leno salax saltu, & nigridine morum
Instillat pueris dira venena suis.*

IN EVNDEM.

P*rodromum fateris esse fabricam tuam:
Fateris ergo χέτλιορ te publice,
Dignumq; carnificis manu. Sini iudices
Casar, Duces, & Principes, & Consules,
Cauendus es niger, cauende furcifer.*

AD EVNDEM.

D*icere si vis plura mihi conuitia, Nane,
Accipies alapas caelitius, & merito.
Si sapias, offensas tibi met BERSMANN ERMITIS,
Ne robur seuis tempora dent odijs,
Qui venia non indigeat, non vivit in orbe,
Omnibus in causis quamdamus & petimus,
Hanc veniam tibi, quando sapias, sustollere noli,
Nanq; ab as tibi cor rumpitur ex odio.
Natura niger es, bene: nam complexio nigra est:
Sed caueas, fies nigrior ex odio.*

IN BERSMANNVM GOLIATHVM

SATYROPOLITANVM.

P*Ro more Bösmanus vomit virus suo:
Nam virus est, & bile signatus nigra,
Accidit, & quod Nanus est tam tam crepans,
Surgitq; virus non habens satis loci
In tam furente paruuli corpusculo,
Si confluit nimiam venenum copia,
Omnes & artius occupans non egredi
Nouit: furor sit hinc, & hinc dementia,
Qua ni catenis vinciatur illico,*

B 2

Virus

Virus virum resti velut fœrem dabit.
O cateri, merda ô cito succurrite,
Iuuate Goliatha, mox tenete eum,
Cacander iste ne pereat, & vos suo
Permerdet heu fluxu nimis lethaliter.

AD BÛSMANNVM.

Nosse cupis Nanum? speculum Bersmanne tuere:
Quando voles verum dicere, Nanus eris.
Hoc solum differens, quod te vis esse Thrasonem:
Sic Thraso, sic Nanus, sic niger esse potes.
Rumpatur Nanus, tamen est Thraso; rumpitur ipse,
Et fœdum nigro corpore virus habet.

INEVNDEM.

Vir malus, in medio se iacet dente canino,
Hispidus hic sus est, nomine s' iugero.
Sed crepat, ex Manco fit Nanus, densq; caninus:
Excidit; in trecco, vir sine dente iacet.

ADEVNDEM.

Quid profuisti Ecclesia?
Quid prodes & tua Schola?
Latinitatem consule
Tuam, vir extremè male,
Obscuritatem ludricam,
Thrasonicam, Diabolicam,
Doces tuam pueritiam,
Calumniando morbidam,
Præclarus eni Magister es,
Calumnijs & obitines.
Palmam, veneni ut times,
Et hac Scolasticis nocet.

Socras.

Socrates Hist, Eccles, Lib. 3. Iulianus Apostata libris dicitur à
 Libanio Sophista incubuisse, scilicet, id significans, quòd operam im-
 penderit ad scribendam vituperia, sicut Sophista facere solent, dum
 iuvenes in id artis inducant. Argumentis infirmis, defectu veritas
 vis, Iulianus ea, quæ in seipsis bene sunt munita, utpotè caucillis gau-
 dens conuellebat. Quisquis enim contra aliquem dimicat, tam inuer-
 tens, iam celans veritatem, imponit ei, contra quem pugna commit-
 titur. Et qui animo est erga quempiam inimico, omnia tanquam ho-
 stis non facere modò, s. d. & dicere satagit, & quæ sibi insunt mala,
 in eum, cui est inimicus, obuertere gaudet. Sic Iulianus, sic Porphy-
 rius caucillis delectati sunt, ambo conuictatores, qui & ambo impieta-
 tis suæ pronas dederunt.

Bersmanne te graues sequuntur Erinnyes:
 Traberis & ad pœnas DEO sic vindice,
 Qui reprimet tuos furores impios,
 Pessundabitq; te, nisi conuerteris,
 Mutaris & mores tuos, vir improbe,
 Fex Iuliani, Porphyry & Libani.

ὡς ἀπόλοιτο καὶ ἄλλοι, ὅσις τοιαῦτά γε ἔποι.
 Sic utinam pereat, qui talia perpetrat, omnis.

EPITAPHIUM.

εἰς ἐμὲ ἔσορῶν, εὐσεβὴς ἴδι.
 Descendit moriens Epicurus, mente fideq;
 Et facie calua: Quid magis Orce cupis?

D. SELNECCERVS LVTHERVANVS.

Q Vaso quid est? cur me BERSMANNE affligere pergis?
 Sordescitq; tibi num grauis ira DEI?
 Num ne putas satis esse tuis si moribus ater
 Indulges? censes num tacuisse DEVM?
 Grande supercilium, vanum depone Thrasionem,
 Et sic Diuina congregiemur ope.

B 5 Te

Te, quia Caluini iam niteris arte vel aulis,
 Excelsum fatuis omnibus esse putas.
 Esto: quid hoc ad me? quid cum B. tale superbo
 Esse potest CHRISTO, Chr. st. uol. is. q. i. y. s.?
 Aula suos habeat neuos, modò semina spargat,
 Paucalibet, paucis commoda, grata DEO.
 Nunc est diuinum Caluini flumine salsum,
 Precipites aula, quò sine mente ruunt,
 Dicere, quod verum, fas est: sed seme n in aulis
 Ipse tamen CHRISTVS, qui regit astra, legit.
 Inter degeneres doleo te Nane nigellum
 Precipuo calui nominis esse loco,
 Sed quid iam? quis enim B. smannus, rana coaxans?
 Ille quis est? Reçtor: tam generosus eques?
 Porphyrius nocuit, forsan B. S. M. A. N. N. E. nocebis?
 Attendas, tristi funere finis erit.
 Te monco, resipisce puer, resipisce Poeta,
 Si modò tam doctum nomen habere cupis.
 CHRISTVS adhuc uiuit, DEVS est, & regnat ubiq.
 Vir bonus ille malum scit cohibere virum.
 Consale quæso tibi: si non vis, perge furendo,
 Perge, furor finem non habet ste bonum.
 Principe nos CHRISTO vincemus, & omnia Christo
 Dicimus, & Christo quod sumus, omne sumus.
 Hoc Duce, quando placet, tecum pugnabimus: heus tu,
 Si vis ad CHRISTI nomen adisse, ueni.

AD EVNDEM.

Prouerb. 24.

Impietatis opus qui queris in aede sacrata,
 Turpiter ad mensas impietatis abi.
 Obijciens scelus infonti, scelus omne patrauit,
 Et niger & malus est, porcus, onager, aper.

Adme

ADMONITIO.

Vidēbitis, peribitū fātō malo,
Quicunq; iam resistit Christi gregi,
Amlunge, Tympanista, Bōsman, Belzifer,
Profunde vir, vel alta sectans impie,
Vel mute, vel loquax, vel infricans Thraso:
Debetur infernus malis, & impijs,
Quod dictitare vobis ipsa conscientia
Potest, & hoc vidēbitis propediem,
Carlstadium, Neuserium atq; Cinglium,
Stoffelium, Freihusium, Isoluanum,
Iudamq; perfidum socios habebitis.
Ridete nunc, sed hoc futurum est illico,
Quam CHRISTVS ipse regnat assertor sua
Et veritatis & Sacra potentia,
Tam certus interitus caput vestrum manet,
Et nunc, & hoc, & in futuro seculo,
Nī vestra pænas anteuertat serio,
Qua rara fit, vel nulla, pœnitentia,
Manete soli: vester haud ero comes.
20 Ianuarij, die Sebastiani.


Ha 2200 BK

X2206881

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]

110





B.I.G.

Farbkarte #13

W. 235

Za
2200



POEMATA
GEORGII
BERSMANNI
STRENA, ET VIN
DICANTIA FAMAM ET
EXISTIMATIONEM, D. N.
COLAI SELNEC,
CERI



TREVE SAXONVM.
ANNO M. D. XCI.

BIBLIOTHECA
PONTIFICALIA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE (SAALE)

